361

56

S. Clarissime, doctissimeq. dn. D. Schwartzi,
amice integerrime, affinis car.me. De urbis
Parchimensis calamitate, repente tum cognoui-
mus, et ex animo condoluimus, precati Deum
opt. max. ut ille miseriæ misereatur. Quem
enim hodie miseret ærumnosorum? Quod enim
in medium consulerem non habebam: et si
quid mihi in mentem ueniebat non ita, ut
ad quos uellem, poteram perscribere: spero tamen
et ill.mos duces et amplissimas ciuitates uo-
bis opem tulisse eximiam. Hoc si cognoscam factu-
sciam, quorum misericordiam et beneficentiam
prædicare, et quibus gratias agere debeam.
Tuum negotium, utinam sit, quo uelis et uelimus
loco, quæso nos doceas. Meæ autem res sunt nihi-
lo meliores, sed de die in diem pessum eunt: res
familiaris nulla est, præ ut olim: de ualetudine
indies multum decedit: iam octuagenarius apud
filium cibum capio, cuius domum ire, quando per
ætatem et anni tempus posthac nequeo, domi solus
uiuam, administrante rem familiarem Elisa-
betha. Mud. [illegible], ut inuenis, [illegible] einen neuen
haußhalt[illegible] anfangen, quod erit, si uiuemus,
intra octiduum. Vale. Helm. ex ac. Iul.
prid. non. octobr. CIↃ IↃ CXII.

V. Jo. Caselius.

16.

uxor [illegible]
[illegible]
Di [illegible]
[illegible]

1612. prid. non. Oct.

Dem Ehrnvesten vndt hochgelar-
ten dr. Johanni Gerantz ge-
beiden rechten Doctori, Burgermeister
vndt Syndico der stadt Hameln
meinem freundtlichen lieben schwagern.

Hameln.